



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 70. Varia Fœderatorum Ordinum molimina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.

A. C. 1614.

§. LXX.

*Varia Fœderatorum Ordinum molimina.**Bald. chren. moral. pag. 1013.*

Hiſce inteſtiniſis tumultibus ſenſim præludebatur communi bello, quod jam tum præviſum, proxime univerſum Imperium inundaturum timebatur: Erat quoque omnium armorum ac præcipue Calvinistarum finiſ, ut potentiſſimæ redderentur Democratix & Ariſtocratix, e contrario autem Monarchix aut infirmarentur, aut penitus extinguerentur. Eo animo Fœderati Belgiorum Ordines Lubecam, Magdeburgum, Brunſvicum, aliasque urbes imperiales in fœderis ſocietatem adſcivere; ſuboluerunt probe grave periculum inde exoriturum Cæſar & Saxonix Elector, qui Magdeburgenſes, ut ab hoc fœdere deſiſterent, gravibus oppido rationibus dehortabantur, nec irrito proſuſu conatu; quippe non modo ipſi, ſed & Brunſvicenſes, qui ſe fœderatiſ conjunxerunt, a ſuo abſterriti ſunt propoſito. Nec propterea tamen Batavi potentix ſuæ vires præcipue maritimas quovis pacto augere, latiusque protendere minus ſolliciti erant, quinimo, poſtquam ex nova Guinea cum ſua claſſe excurrentes Hiſpaniſ violata induciarum fide caſtellum della-Mina eriperant,

rant, omnibus suis subditis novos portus, insulas, aut Regiones aperiendi potestatem fecere, eodemque anno Moscoviæ Ducis Legatum, qui foedus cum ipsis Ordinibus pangere expetebat, humaniter excipientes, muneribus auctum dimiserunt. Eodem quoque anno, conatu tamen magis laudando, Groninga Urbe Foederatis subjecta a Civibus atque Ommelandicis incolis erecta est Academia, quam primus omnium regere coeperat Ubbo Emmius celebris ille Frisæ Occidentalis Historicus.

## §. LXXI.

*Pax inter Mathiam Imperatorem, & Turcas inita.*

Sub idem tempus Mathias Imperator Lintzii in Austria comitia celebrabat, ad quæ omnes hæreditariæ Cæsaris Provinciæ convenerant. Exponebatur hoc in conventu, quod Turcæ novis, crebrisque excursionibus pacem violantes, non modo Valachiam & Moldaviam, sed & Transylvaniam sibi propriam, non sine maximo Christianæ Reipublicæ damno, nuper asseruerint, ac Sultanus nullatenus permittere velit, ut Cæsar vel Germani Transylvanis legem ullam posthac præscriberent: deliberandum igitur, quid ei ad hæc

A a 5

omnia

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

Bald. Chron.  
moral. l. c.  
Merc. Gall.  
tom. 10. l. 2. §. 1  
§. l. 4.